



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCXXVI. Die Stadt Hamburg verspricht allen zu ihr kommenden Kaufleuten  
des Markgrafen Otto von Brandenburg ihren Schutz, am 17. September  
1283.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

marchionem, cum eius iuri antedictum heredem regni Bohemie cum suo regno, usque ad certum tempus committeremus, intercesserit certa conventio, digna in suo robore observari, videlicet quod expirante certo tempore, quod conventioni adjectum fuerat, prenominatum heredem regni Bohemie una cum suo regno sine quovis damno vel dispendio vel quantumvis injuria sine petitione quarumlibet expensarum iuxta legem conventionis restituet pleno iure, cujus tamen conventionis legibus dictus marchio obvians, minus iuste pactiones, obligationes, fideiussiones extorquens indebite, quod promisit, penitus violavit, atque singula superius expressa; principes, comites et nobiles, qui in eodem aderant iudicio, per nos requisiti sententionando protulerunt, quod sepe dictus heres regni Bohemie ad completionem dictorum pactorum, promissionum, fideiussionum, nec non quatumcunque obligationum ab eo taliter extortarum per dictum marchionem, nullatenus sit adstrictus, sed a predictis omnibus per sententiam debeat liberari et ubique penitus absolvi, obligationes etiam dictorum bonorum, promissiones, fideiussiones, ipso iure debeant pro cassis et irritis estimari. Unde nos videntes et provida meditatione pensantes, ipsam sententiam de equo iure subnixam, eam autoritate regia approbamus, obligationes dictorum bonorum seu pignorum, fideiussiones, promissiones, prout superius expressum extitit, cum contra ius et equum sint extorte a dicto marchione in dicti heredis preiudicium et grauamen, per sententiam, prout coram nobis extitit sententionatum, irritantes, fideiussiones a suis promissionibus absolventes, cives, burgenfes et quoscunque alios homines dictorum castrorum, oppidorum seu civitatum a sacramentis seu promissionibus dicto marchioni ad mandatum dicti heredis, vel alio quocunque modo prestitis, absolvendo, mandamus vobis univfersis et singulis, quatenus ipsum heredem regni Bohemie, quem mediante dicta sententia ab obligatione dictorum bonorum et aliis pactis, fideiussionibus cum fideiussoribus datis absolvimus et denuntiamus absolutum, a predictis omnibus et singulis dicto modo prestitis habeatis penitus (liberum), scientes eum ad perfectionem seu consumationem dictarum obligationum aequaliter non teneri. Testes, qui premissis sententie interfuerunt, sunt:.. Argentinenfis, H. Basiliensis episcopi, Lud. aule nostre cancellarius, nobiles viri H. marchio de Hoberg, F. burggravius de Nurnberg, Al. de Hohemberg, Egeno de Fürstenberg, comites de Nifen, B. de Geroldfteke, nobiles et alii quam plures. Datum et actum Freyburg in Ottlandia, X. Kalendas Septembris, indictione undecima, anno domini MCCLXXXIII<sup>o</sup>, regni vero nostri anno X<sup>o</sup>.

Original in Wiener Archive. Abdrücke in Perz, Monumenta Germaniae historica. Tom. IV. Legum Tom. II. p. 444. 445. und Sommersberg Scriptor. Silesiac. p. 939.

**CCXXVI.** Die Stadt Hamburg verspricht allen zu ihr kommenden Kaufleuten des Markgrafen Otto von Brandenburg ihren Schutz, am 17. September 1283.

Nos consules et vniuersitas ciuitatis Hamburgensis notum facimus vniuersis presencia visuris, quod nos omnes homines et mercatores illustris principis, domini Ottonis, marchionis Brandenburgensis, in nostra ciuitate tanquam nostros ciues, ad nos cum

fuis mercaturis veniendi, moram faciendi et ad propria libere redeundi sub noſtram prote-  
ctionem et ſecurum noſtrum conductum recipimus pre omnibus, qui noſtris parere voluerint  
precibus et mandatis, preſencium teſtimonio litterarum. Datam anno domini MCCLXXXIII,  
in die ſancti Lamberti martiris.

Nach Lenz, Brandenb. Urk. I, 117. Beckmann's Beſchreibung der Churm. Brand. IV, 1139. und V, I, II, 151.  
Lappenberg's Hamb. Urk.-Buch I, S. 660. Nr. DCCCVII.

**CCXXVII.** Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad geſtatten der Stadt Baugen  
ein Kaufhaus zu errichten und überlaſſen ihr alle Einkünfte aus demſelben, am 29. März 1284.

Omnibus in perpetuum. Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Bran-  
denburgenses, univerſis has litteras inspecturis ſalutem in perpetuum. Ne ea, que ge-  
runtur in tempore, ſimul labantur cum fluxu temporis, utile eſt ea poni in linguas teſtium  
et litterarum teſtimonio confirmare. Ad notitiam igitur univerſorum criſti fidelium volumus  
preſentibus litteris pervenire, quod nos fidelibus noſtris burgenſibus ciuitatis Budiffin et  
communitati eiſdem liberam dedimus facultatem ſive licentiam in predicta noſtra Ciuitate  
Budiffin conſtruendi et edificandi domum mercatoriam, que in vulgari een Koophuys di-  
citur, in loco ubi ipſis Burgenſium magiſtris videbitur expedire et prenotate ſimiliter ciuitati,  
Volentes ut univerſi proventus dicte domus ad uſus perveniant ciuitatis, nec ad nos de his  
aliquid pertinebit, ſed cum omni jure hec eadem domus ad ciuitatem pertinere debebit, ut-  
pote alie domus in aliis ciuitatibus, mercatorum videlicet, pertinere ad civitates alias vide-  
buntur. Pro huiusmodi licentia Burgenſes predictae ciuitatis nobis decem marcas argenti  
Stendaliensis et eiſdem ponderis perſoluerunt. Ne igitur ſuper huiusmodi licentia in poſte-  
rum alicui dubietatis ſcrupulus oriatur et ne a noſtris ſucceſſoribus violari valeat, vel infringi,  
preſentes fieri iuſſimus ac ſigillorum noſtrorum appenſionibus ſecimus communiri. Teſtes huius  
rei ſunt Johannes et Burchardus niger dicti de Irckefleve, Tetto de Panne-  
witz, Reynerus de Burck, Heinricus de Wardenberg, Otto de Pulsniz, tunc  
temporis advocatus in Budiffin, Luterus de Palow et alii quam plurimi fide digni.  
Acta ſunt hec Anno domini MCCLXXXIV., in quarta feria ante feſtum Palmarum et data  
in Reppin, per manum Domini Alwardi, curie noſtre notarii.

Nach Hoffmann's Script. rer. Luſat. IV, und der Luſatia ſuperior diplomat. continuata p. 5.,  
mit Correctur der vielen in die Augen fallenden Fehler beider Abſchriften.

**CCXXVIII.** Der R. König Rudolph verheiſt der Stadt Lübeck, zur Herſtellung des  
Friedens an die Wendischen Herrn und an die Markgrafen von Brandenburg Geſandte zu ſchicken,  
am 5. Juni 1284.

Rudolfus, Dei gratia Romanorum Rex, ſemper auguſtus. Prudentibus viris...  
Conſulibus et vniuerſis Ciuibus Lubicenſibus, fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam et omne